



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Certamen S. Evsepii Et Sociorum eius Martyrium. Ex S. Vincentij speculo,  
lib. 11. cap. 119. Martyrologia co[n]sentiunt. Passi sunt anno Domini 192.  
Eleutheri Papæ 14. Antonini Imperat. 11.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42728**

CERTAMEN S. EVSEBII ET SO-

CIORUM eius Martyrum . Ex S. Vincentij specu-  
lo lib. 11. cap. 119. Martyrologia cōsentiunt. Pas-  
sunt anno Domini 192. Eleutheri Papæ 14.  
Antonini Imperat. 11.

Vide 2.  
Tom. Annal.  
C. Baron.

**A**NTONINVS Commodus Imperator  
homo incredibili superbia & flagitiosa  
in deos superstitione, die quodam nata-  
li suo, Herculi & Ioui sacra facturus, Leonis se-  
pelle induit; eo symbolo designare volēs, quòd  
sicut Leo bestiarū omniū, fortissimus, ita & ip-  
se Rex & caput omniū populorum esset. Cum-  
que ea specie inaniter se iactanti & thura dæ-  
monibus offerēti, populus voce maxima accla-  
maret, eumque lætabundus Romanæ liberta-  
tis defenforem prædicaret, Eusebius, Vincen-  
tius, Peregrinus atque Potentianus, qui in  
vico Carnario, Christianæ rei die nocteque o-  
peram dabant, rei indignitate permoti, ilico  
vicos omnes & vrbes, Christum annunciantes  
perlustrare, atque omni contentione miseram  
plebem, dæmonis artibus circumuentam, à ne-  
fando errore reuocare. Neque sane sinè fructu  
latissima Euangelij sata spargebant.

25. Aug.  
Nota insana  
mētis super-  
biam in An-  
tonino Imp.

\*Lanario in-  
xià Baron.  
S. Eusebius  
cum socijs  
Christum  
prædicat.

Iulij Sena-  
tor̃ tū omniā  
domo sua  
credit.

Erat haud contemnendæ auctoritatis Sena-  
tor quidam Iulius; qui in cordis sui agro S. Spi-  
ritus gratia iam antè subacto semē excepit, ac  
protinus accito Ruffino presbytero, se aquis  
lustralibus cum vniuersa familia expiari cu-  
rauit. Indè animo Christi amore mirabi-  
liter accenso, palàm Christum profiteri, con-  
stanterque omnes hortari, vt ab inſœlicis dæ-  
monis seruitute, ad veram Christi libertatem  
transi-

transirent. Quod ad aures Cæsaris celebri sermone, ut perlatum est, iussit eum catenis vincitum, Vitellio Iudici examinandum tradi. Vitellius homo ferox & virijs omnibus turpiter coopertus, cum esset animo in Christianum nomen admodum iniquo, Iulium, Christum constantiter confitentem fustibus atrociter caeli mandavit; quo in supplicio beatus martyr spiritum emisit. Quo cognito, Eusebius cum socijs, corpus eius canibus antè amphitheatrum relictum collegit, atque in cœmeterio Calepodij, quarevodecimo Kal. Septemb. sepeliuit.

Hæc audiens Vitellius, qui magna animi aegritudine tabescens, præreptas sibi Iulij facultates lugebat, protinus Eusebium eiusque socios apprehendi iussit; haud parva spe amissi lucri per eos recuperandi. Itaque adductis in conspectum athleticis, horrendas minas & supplicia intentavit, ni Iulij facultates proderent. At verò Eusebius, illo diu multumque inania verborum tonitrua fulminante, Quid, inquit, non minis tuis terrere laboras? Nos nihil ardentius in votis habemus, quam ut eadem cum Iulio gloria potiamur. His auditis, Vitellius iracundiæ stimulis instigatus, iussit eos facie ad faciem in eculeo suspendi, & nervis ac fustibus sinè intermissione fatigari. Hæc cum à carnificibus sanè ferociter fieret, Eusebius socijque animis in omni supplicio inuictis, dixerunt; Nolite manus remittere: Antè enim vobis tempus, quam nobis patiendi pro Christo animus deficiet. Vitellius ea constantia iectus cum admiratione, En, inquit, isti de magica arte securi, in tormentis gaudet. Cui Vincentius;

*Iulium martyrio coronatur.*

*Eusebii constantia & virtus.*

*Eusebius cum socijs in eculeo suspenduntur.*

X  
Nos gaudet  
stro Iesu Ch  
Tyrannu  
mas eorum  
niamodò a  
Christo cor  
nus carnifi  
oculis iuu  
& spongia  
caur. Quo  
em gaudi  
Deus est C  
maratione  
duad Ruff  
que e illi  
picus, r  
eritate in  
Erant tun  
ti, & Vite  
animos o  
deferre. C  
cis impie  
linguam p  
ò hominu  
te pudet p  
cia inferr  
diuinam  
gentem c  
vt qui ad  
retorque  
Eusebius  
lebat; eiu  
nomine F  
ceperat, a

Nos

Nos gaudemus & exultamus in Domino nostro Iesu Christo.

Tyrannus tanta eorum virtute turbatus, flammis eorum lateribus applicari iussit; quas illi non modo alacres, sed etiam hymnos & laudes Christo concinentes, perferebant. Inter hæc verus carnificum, Antoninus nomine, intentis oculis iuvenem nimio fulgore coruscantem, & spongia, latera eorum exurgentem conspiciatur. Quo ille spectaculo permotus, ingenti cum gaudio protinùs exclamavit; Vnus verus Deus est Christianorum, quem hi evidentissimam ratione prædicant. Nec mora, concito gradu ad Ruffinum presbyterum abiit, supplicemque ei illi sacro fonte expiandum obtulit. Expiatus, rursus summa cum festinatione, & alacritate incredibili ad Vitellium reuersus est. Erant tunc Christi martyres de eculeo depositi, & Vitellius multis blanditijs inuictos eorum animos oppugnabat, vt vellent dijs honores deferre. Cumque multo constantius illi Iudicis impietatem arguerent, Vitellius Eusebij linguam præcidi iussit. Tunc verò Antoninus, o hominum omnium, inquit, crudelissime, nõ te pudet pœnitetque sanctissimis viris supplicia inferre? Vix ea effatus erat, cum Vitellius diuinam sentiens vindictam, vim sanguinis ingentem cum vomitu eiecit; iusto sanè iudicio, vt qui ad os iusti puniendum exarsit, acri dolore torqueretur in suo. Ceterum Christi martyr Eusebius, multo clarius Christi laudes extollebat; eius verò linguam Christianus quidam, nomine Faustus, qui spectaculo intererat, exceperat, abditamque in sinu, apud se deinceps in ho-

*Truntur eorum latera.*

*Antoninus carnifex credit, & baptizatur.*

*S. Eusebium, præcisa lingua loquitur.*

*Plectitur capite S. Antoninus.*

in honore habuit. Porro Antoninus iussu Vitellij via Aurelia capite plexus; gloriosum martyrij coronam adeptus est.

*Mittuntur in carcerē SS. martyres, & multos conuertunt.*

Post hæc Eusebius, socijque, omnibus macerati supplicijs, in ima carceris missi sunt; ubi signis & virtutibus clari, confluentem ad se Christianorum multitudinem assiduò erudiebant: & gentes etiam, dæmonum errore occæcatas, veritatis lumine illustrabant. Inter quos Lupulus quidam Capitolij sacerdos, qui annos admodum quatuor oculis priuatus, frustra ab inanibus simulacris remedium postularat, ad eos venit, suppliciter baptismum expetens. Neque enim, dicebat, de corporis salute laboro, tantum me Christi gratiæ & vinculorum vestrorum participem facite. Ea confessione gauisi martyres, accersito protinus Ruffino presbytero, eum iustralibus aquis expiandum curârunt; Qui simul cum baptis-

*Lupulus indolorum Sacerdos per fidem & baptismum à duplici cecitate curatur.*

mate, perfectum oculorum lumē recepit. Quo miraculo & ipse custos carceris permotus, Christo nomen dedit. Indè cum indies, magis magisque, admirandis signis eorum virtus coruscaret, Vitellius Regis mandato, fecit eos è carcere eductos, antè \* amphitheatrum tam diu plumbatis cædi, donec in Christi confessione spiritum exhalarent. Quorum corpora Beatus Ruffinus presbyter, Sexto ab vrbe lapide, in Arenario, inter viam Aureliam & Triumphalem, 8. Kalend. Septembr. sepeliuit.

*SS. Martyres plumbatis occiduntur.*

*\* al. Petram sceleratam.*

MAR